

/ Ecclesiasticum tuum Summo Pontifici laudavi, quia laude dignus erat: quamvis enim in paucis quibusdam doctrinae capitibus à me dissentias, ego tamen non tanti me facio, ut existimem mihi iniuriam fieri, si unusquisque in suo sensu abundet. Laudavi in te
5 peritiam Sæcripturarum sacrarum, laudavi zelum conversionis hæreticorum, laudavi libertatem in Thuano reprehendendo, laudavi prudentiam, et sapientiam in rege Anglorum exagitando, laudavi multa alia, quorum memor iam non sum, quae docte et luculenter in libro tuo explicabantur. Quare Deo gratias agere debes, qui tibi ingenium ad excogitandum, et facundiam ad scribendum, et eloquendum præstitit, non mihi, qui, quod facere debui, feci; ac de caetero servus Dei inutilis sum. Vale, vir optime, et me, ut facis, amare perge Romae, 22 Iunii 1612.

-
- Elogia Scioppiana..... Papiæ ... MDCXVII. p.29-30.
 - 15 - Gasparis Scioppii comitis à Claravalle De Paedia ^{PROPAEDIA} humanarum ac divinarum literarum. Amstelodami anno MDCLX p.28
 - Thuani Historiae sui temporis... Londini, 1733 tom,7 cap.III p.28.